

tio, idem quoque Jus esse debeat *l. 32. ff. ad L. Aquil.* in mo-
 lendinis tamen diversum hic obtinet, quorum extractio li-
 cet Jure Comm. cuique concessa, quemadmodum intelli-
 go *Borell. d. l. n. 37. sq. Rosenthal. de Feud. Cap. 5. Concl. 28.*
Gail. l. 2. Obs. 69. n. 27. hodie tamen, moribus locorum nisi
 à Principe concedatur, non competit. *Hering. de Molen-*
din. L. 7. n. 2. seqq. Carpzov. P. 2. C. 4. D. 10. n. 2. Struv. Syn-
tag. J. F. C. 6. Aphorism. 7. n. 5. Adeò autem præcedens 8
 Axioma verum est, ut (I.) Non opus sit præviâ facul-
 tatis hujus impetratione ædificare. Quæ enim Jure
 communi competunt, speciali impetratione opus non ha- 9
 bent. *arg. l. 1. C. de Tbesaur. & ibi Dn. Brunnem. n. 10.* Hinc
 quando Vasallus in feudo vult ædificare furnum, non tene-
 tur consensum Domini requirere, licet ea facultas in literis
 Investituræ ipsi expressè cõcessa non sit. Vasallus enim uti-
 lis est feudi Dominus *Rosenthal. de Feud. Cap. 10. Concl. 42.*
n. 38. & C. 1. Concl. 6. n. 1. adeoque versatur in feudo tanquã 10
 in re suâ. Non obstat, quòd Investitura strictè sit interpre-
 tanda, *Rosenthal. d. c. 1. Concl. 12. n. 2.* & quod per eam ex-
 pressè non est concessum, ademtum censeatur; hoc enim
 intelligo de iis, quæ nisi per investituram non possunt com-
 petere, & sic ad alia, quæ sunt facultatis naturalis, trahi ne- 11
 quit. Pari ratione novo Collegii consensu Pistor ad extru-
 ctionem furni opus non habet, quæ enim omnibus compe- 12
 tunt, non possunt uni denegari. Nec obstat, quod panes
 coquendi & vendendi facultas speciali Jure hodie compe-
 tat; receptus enim in Collegium statim fruitur istus Col- 13
 legii privilegiis. *Dn. Brunnem. comm. Cod. ad l. Un. de Pri-*
vileg. Corporat. Urb. Rom. n. 2. Et per consequens adeptus
 facultatem istam coquendi panes & vendendi, adeptus
 quoque censeatur facultatem ædificandi in suo furnum, tan-
 quam medium, sine quo istam facultatem exercere nequit.
 Con-